tant loqui Psalmographum, quum deplorat *a carnes sanctorum datas bestiis terræ, & effusum sanguinem ipsorum tamquam aquam in circuitu Jerusalem.* Et quia Christus istos non legitur unquam reprehendisse, & tamen ejus ætate vixisse, colligitur ex Josepho *b*, mentionem faciente Simonis Essæi prophetia clari tempore Archelai; ut omittam quos Philo memorat, quia creduntur fuisse Christiani *c*: propterea visum nonnullis *d* acquievisse doctrinæ Christi: alios ex iisdem, qui Veneri dabant operam *e*, prolapsos in sectam Pharisæorum, qui sic vocabantur quasi sejuncti, ac divisi à reliquis, propter selectioren vivendi rationem. De his omnibus consulendus Serrarius noster, & Joseph Stephanus *f*.

Exaudiet me, cum clamavero ad eum.] Clamor indicat orationis affectum, non contentionem vocis, qualis Mosis, cui Deus: *Quid clamas ad me?* Athanasius* pro, *exaudivit*, dictum ait, *exaudiet*, sed præstat ut spem de futuro intelligamus, cum principio Psalmi jam se exauditum dixisset.

a Psal.78.2.
b 17. Ant. c. 15.
c Ab Eusebio & Hieronymo, &c.
d Abulens. Mat. 2.9.8.
e Joseph. 2. de bello Jud. c. 7
f Prolog. in lib. Mach.
g Exod. 14. 25.
* in Catena

Versf. 5.] Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

CUM tantis me decoratum à Deo muneribus non ignoretis, ò socii, indeque conjecturam facere valeatis, immo vobis persuadere, me licèt me mei premant hostes, ejusdem opem impetraturum. definite vehementius commoveri: subitaneo iracundiæ furori parere, mihi succensere, quasi derelictus à Deo propter peccata, vos etiam in eamdem calamitatem pertraxerim vel ne tam anxii sitis de belli exitu, retractate præcipites cogitationes, consilia temeraria, sermones clandestinos adversus providentiam atque benignitatem Dei: & cum otio singuli apud vos ipsos in intimis penetralibus damnate insipientiam vestram, mendacium, vanitatem, horrete, pœnitemini. Hoc si feceritis, exaudiri & ipsi à Deo una mecum valebitis, ac mirificam exauditi in vos ejus beneficientiam.

Altera interpretatio.

Posset hæc quoque oratio referri non ad comites, sed ad persecutores David, quos jubeat iram contra se frenare, ac, re melius perpensa, non illam foras, in opus exerere, sed comprimere, atque cognoscendo quam sit ab iis iniquè contra ipsum suscepta: corrigere, damnare, punire, vel divino percelli timore, sicque cessare à peccato persecutionis; vel si quidem irasci placeat, iram convertant in honestum usum: se non prohibere ne contra peccata, quæ commiserit ipse, indignentur, immo approbare: verum, ita, ut non nimirum succenseant personæ, quam præsertim nihilominus velit Deus ipsis præsesse. Caveant ne provocent iram Dei, à quo tot sit antea victoriis illustratus.

Accommodationes variæ hujus loci.

Accommodari verò etiam potest ad Christum & unumquemlibet Justum. Eusebius orationem vult esse ad commilitones in pugna contra Absalon, quos ita hortetur peccatis istius irasci, & ob ea turbari, ut modum non transilirent, vel filium non occiderent, quem omnino salvum volebat. Theodoretus, ad eosdem, ne indignarentur contra persecutores, quasi iniquum videretur eis feliciter omnia succedere. Lyranus; ad persecutores ne conceptam contra ipsum iram in opus deducerent; sed tractata in tentoriis, locisve solitariis consilia cum pœnitudine desererent, quasi dicat, quando jam irati estis, attamen comprimite; neq; contenti quod me non lædatis, quia non poteſtis, pœniteat vel voluisse. Nam, ut ait Auctor Ecclesiastici *h*, *est qui vexatur peccantes pro inopia, & in requie sua stimulabitur*, quamvis Græce sit negatio, ἀκυκτοιούνται Burgensis, ad Philosophos, ut rudioribus Idololatris irascantur, contra rationem, quæ convincit unum verum Deum esse, falsos Deos colentibus, & ipsos pœniteat, veritatem quam profitentur, apud se clam, non etiam liberè palamque apud alios profiteri Carthusianus, & Jacobus de Valentia, ad Judæos Christi persecutores ut iram in illum cohibeant, & malevola consilia emendent; ac vel saltem eos pœniteat post illatam Christo mortem.

h v. 20. 23.

Origenis & aliorum interpretatio.

Irascimini, & nolite peccare.] Primum verbum indicative sumi docet Origenes, & Theodoretus, Hesychius, Ambrosius; ceteri fere imperativè vel permissivè; primi, quia malum, vel occasio peccati, est irasci; secundi, quia bonum aliquando, vel malum, quod vitari non potest, sed culpa vacat ob indeliberationem. Hebraicum רגז *rigzu* favet secundis, ficut & Chaldæum עימנו *zuhhu minneh*; *Contremiscite ab illo*.

A

Irasci, bonum esse interdum, & aliquo modo turbari (Aquila namque habet κλονεῖσθε) contra Stoicos opinio communis est, vocaturque ab Aristotele *eos virtutis & fortitudinis ira*. Idem satis innuit Paulus *i*, cavens *ne sol occidat super iracundiam*, hoc est, ne diuturnior sit, neu solem rationis, vel veritatis, & Christi extinguat, ut exponit Augustinus *k*: Jacobus *l*, nos jubens tardos esse ad iram, non leves ac præcipites; Christus *m*, ne irascamur fratribus, quod in textu Græco additur εἰκῇ *frustra*, seu *sine causa*, ut legunt etiam Patres Græci, atque Augustinus, & Hieronymus *n*, licèt id reprehendat in Matthæum *o* scribens: Salomon *p*, ne in sinu ira requiescat, ut in stulti requiescit, sed velut pruna, quando nos attingit, illico rejiciatur; rursus David exemplo suo docet, ut in nobis turbetur, idest, si turbetur cor nostrum *q*, non foris ostendamus animi perturbationem

B

But exponit Basilius *r*, quod est etiam turbari, sed non loqui. Iratus est Christus *s*, Petrus *u*, Paulus *x*, Moses *y*, alii. Deus ipse, ut proprio demonstrat libro Lactantius. Hoc loco exponit Origenes, & Eusebius *z*: præterea Ambrosius *a*, Augustinus *b* Hieronymus *c*, de iræ quodam motu ac indeliberato, qui si contingat, frænandus sit, ne prorumpat in peccatum: & confirmant duo primi interpretatione Aquilę utentis verbo κλονεῖσθε, ut etiam dixi, quod importat turbationem: absurdum vero esse, si quis dicat, Prophetam imperare ut turbemur: quia licèt peccatum non sit, ad peccatum incitat. Eodem modo Clemens *d*, Cassiodorus aliique Latini expositores; Hesychius, Augustinus, Gregorius *e*, Cassianus *f*, Rupertus *g*, Anselmus *h*, Bernardus *i*, Bachiarius *k*; rursus aliis multis locis Augustinus *l*, ut irascamur nobis, & peccatis nostris pœnitendo, & occasionibus peccatorum, ac Diabolo, ne peccemus. Idem quoque docet Ambrosius *m*: nec non ut qui tangitur improvisa ira, sibimet hoc nomine irascatur; fore enim, ut sic alteri designat irasci. Hieronymus *n* per modum imperandi, ut ad rei indignæ faciem, si naturæ stimulis concitemur, iram istam abjiciamus, tranquilla vero mente justam contra eum qui læsit, ultionem, si opus sit, repetamus. Ad hunc modum explicat Paulum, qui præsentem citavit locum *o*: præcepit enim etiam deponere omnem iram *p*, ut quum in potestate nostra non sit, ne subrepat, quando deprehenditur, confestim deponatur gurges furoris intumescens. Explicat præterea *q*, ut si quis injustè ac graviter etiam iratus sit, rancorem deponat; Chrysostomus & Euthymius ne proprias, sed alienas ulciscamur injurias, & ut alios corrigamus, non nostræ privatæ utilitati consulamus. Quin tamen hoc secundum fieri possit, quo illi videntur negare, dubitari non debet adhibita moderatione.

Gregorius *r* conjungit iram honestam in nos ipsos, ac simul in alios exemplo Phinees, *f* atque præsentem locum non rectè intelligi ab his, qui irasci nos hostis tantummodo, non etiam proximis delinquentibus volunt. Anselmus *s*, Bernardus *u*, Guerricus *x*; B. Thomas *y*, addi notant, *& nolite peccare*, idest, nolite nimis districtè, ac ultra modum aliorum peccata corrigere. Idipsum indicat Polycarpus *z*. Isidorus *a* Pelusiota eleganter posuit tres expositiones. Irascimini, sed hoc quia malum, ne irascamini, ut non peccetis: Irascimini præter voluntatem; idcirco adhibita deliberatione iram sedate: Irascimini, idest, irascamini huic affectui, ac præsertim voluptati, & non peccabitis. Tunc ostendit quando liceat irasci, allatis exemplis Mosis, Phinees, Eliæ, Petri, Pauli, vindicandis injuriis irascendum; qui non irascatur, peccare; vel si ad privatas suas injurias hoc abutatur remedio. Vocat item *b*, iram contra voluptates velut stipatorem minitantem, easque coercentem, & castigantem. Lege de ira Epistol. quamdam Petri Damiani *c* valdè accuratam, & Lactantium Firmianum *d*.

Hos omnes porro quos dixi, explicatus recipio, & nil referre judico, sive *irascendi* verbum accipiamus indicativè, sive imperativè. Ceterum Paulo credendum magis *e*; quum cuivis censeo, qui citat hunc locum, ut iræ moderationem præcipiat, subdit enim; *Sol non occidat super iracundiam vestram*. Atque quod iste sit sensus, admonet Hieronymus *f*, ejusdem Pauli testimonio

Quid

a Psal. 4. 26.
b in Psal. 25
c cap. 1. 19.
m Mat. 5. 22
n cont. Pela. 2.
o Matt. 5. 2.
p Eccl. 7. 10
q Ps. 142. 14
r Hom. de Ira
s Psal. 76. 5.
t Mat. 15. 7.
c. 22. 18. c. 23
7. 13. 14. 15
23. 29
u cap. 1
x cap. 23. 3
y Exod. 32
26.
z Uterque in Catena.
a 1. offic. cap. 5
& 21. ep. 82.
vel. 21
Enhortat. ad virgines 1. de Jacob c. 1. in Ep. 56. in c. 6 Luce.
b Hom. 43. ex lib. 50. Homil
c in cap. 55 Ezech.
d 2. cons. c. 57
e Prolog. in Psal. Pœnit.
f Hieronymi expositio.
g. de Conc. 8.
g 4. in Gen. cap. 3.
o c. Eph. 4
i Serm. 42 in Cantica.
Pauli expositio.
K Ep. ad Innuarium.
l 9. Confess. c. 4. 22. cont. Faust. c. 92.
serm. 35. de verb. Dom.
Chrysostomi & Euth.
m 2. Off. c. 21
n in c. 4. ep. ad Ephes.
o Eph. 4. 26
p Colos. 3. 8
Gregor. 1.
q ep. 36. ad Castorinam materteram.
r 5. Moral. cap. 33
f Num. 25
Aliorum.
t in c. 4. epist. ad Ephes.
u epist. 69
x serm. de Purificat.
Tres expositiones Isidori Pelusiotæ.
y Hic loco.
z Epist. ad Philip.
a l. 2. ep. 239
Quando liceat irasci.
b idem ep. 238
c l. 4. ep. 27.
d de ira Dei c. 21.
e Eph. 4. 26.
Pauli locus expositus.
f l. 2. cont. Pelag.

Verbi rigis significatio
g Deut. 2. 25
h Isa. 14. 9.
i ep. 32. 12.
k Habac. 3. 16.

Euntes cubitum repetere rationem debemus in die gestorum.
m hic & ser. de Pœnit.

n de Interpell. c. 3. de Bono mortis c. 3.
o in Regn. 17. ex Justi disp.
p hic & hom. 22. in Ep. 3. 8 Matt. & serm. 2. de Pœnit.
q lib. 9.
r 3. de Ira c. 36.
s in Ps. 4. & orat. de confess. & pœnit.
t cella. 1. c. 20.
u grada. 5. sub finem & 24.
x apud Virg.
y epist. 83. 3
de Ira c. 36.
z de Senect.
a Laert. in Pythagor.
b 11. Floride
Gymnosophistarum apud Indos magistrum consuetudo.
c Ps. 76. 7.
d 1. Cor. 11. 31. Lectio textus emendata.

Chaldæa paraphrasis

Hieronymi versio. De examine sui ipsius legendi auctores.
e in Ps. 76. & l. de Spir. & Anima
f lib. 19. Moral. c. 13. 22
c. 4. 5. v. 6. & l. 7. c. 20. homil. 4. & 7 in Ezech.
Alius sensus
g in Formula honestæ vitæ, & de vita solitaria, & de inter. domo.
h ep. 1. ad Jac. Conjunctio, & quo pacto vim suam habeat.
Dicta in cubilibus, ut intelligantur.
i Serm. 1. de Instit. Monac. & Ser. de Abdic. rerum.
k de Purit. conf. c. 16. & 17.
l Collat. 5. c. 14.
m de cibi ben. Ira, subjunctum ex Empedocle.
n exhort. ad Virgines.
o 8. cons. c. 8
Tertius sensus Augustini & aliorum.
p Isa. 29. 13
Matth. 15. 8
q Matth. 6. 6
Quartus Lyrani.
Quintus, Burgensis.
Sextus, Valentiæ.
Septimus, Ricardi Pampolitani.
r de Orat. Dom.
s l. de Magistro cap. 1.
Eugubini expositio.

t 3. ad Moniumum. c. 4.
Conjunctio & subiata

Per cubilia quid proprie intelligendum.

Quid versiculus, inquit, quem sensum habeat, Apostolus docet: *sol non occidat super iracundiam vestram*, ut peccatum omnino sit, vel leviter irasci (nimirum ex nonnulla mentis advertentia, & voluptatis libertate) justitia autem celeri pœnitudine mitigare. Eodem pacto Cyrillus, *a* intelligi Alexandrinus debet, Psalmi locum interpretans de levi peccato ira coercendo, ne ad mortale evadat. Quia verò absolutè loquendo, nomen *iræ* male sonat, simpliciter quoque aliquando prohibetur, ut ab Apostolo *b*, quem prius citavi. Quum autem Christus irascentem fratri, reum facit judicio *c*, loquitur de ira quæ conjunctam habet appetitionem vindictæ, tendentis ad homicidium: quod interpretans Psalmum istum Tertullianus *d*, dicit, in ira perseverare, & sævire, atque ita peccare.

Similis huic in Psalmo trigesimo sexto *e* sententia: *Desine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari ut maligneris.* Illam præclarè admodum tractat Ambrosius: docet etiam *f* longè melius hoc loco recidere Scripturam peccatum quam excusare, vel, quod Philotoporum fecisse maximus fertur, impunitatem dare iis B facinoribus, quæ per iram commissa forent.

Irascimini.) Licet, ut ante notavimus, Aquila vertere κλονεῖσθε, & Chaldæus זיעו *zuhhu turbamini*, vel *contremiscite*, non est receedendum ab expositione communiore: præsertim quum non raro qui iracundi, iidem & timidi sint; & cum ira *g* timor conjungatur. Verbum Hebræum רגז *rigzu* significat etiam commoveri ira, non solum pavore. Unde & Hieronymus quandoque vertit *pavere g*, conturbari *h*, obstupescere *i*, scatere *k*. Eadem ratio de affinibus verbis רגש *ragasch* & לגש *lagas*.

Dixi quomodo quod ad sensum attinet, parum referat imperativènе, an indicativè accipiatur hoc verbum. Potest id illustrari simili alia formula alterius Psalmi *l*: *Dominus regnavit, irascantur populi*, ubi Hebraicè est futurum ירגזו *iirghezu* pro Imperativo, hoc est, velint, nolint, fremant licet ac renitantur. Ita hic, *Irascimini*, idest, Esto iratcamini, vel, si irascimini, nolite peccare.

Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.] De ratione, quam euntes cubitum, repetere C à nobis debeamus in die gestorum, ut quæ dicimus, scilicet malè, eadem nos compungant, quo tempore nos sopori damus, explicat Origenes, notans sub dictis contineri errata alia, & Didymus, Theodoretus, Chrysostomus *m* (qui observat, si mala consilia quæ dicuntur in corde, castiganda sunt multo magis pro dictis & factis oportere angi animo) & Euthymius (cujus eadem annotatio) Hieronymus, & Ambrosius *n*, Basilius *o*. Urget Chrysostomus *p* comparationem ejus, qui quotidie init rationem expensarum cum famulo, ne confusionem inducat oblivio *q*. Ad conscientiæ discussionem quotidianam spectat quod Lactius narrat de Pyrrhone Elicnæ, qui solus secum loquens, ac vitæ à se reposcens rationem suæ, quum interrogaretur quid ageret, respondit *r*, *Meditor bonus ut sim*: Sextium Seneca testatur consummato die quum se ad nocturnam quietem recepisset, interrogasse animum suum. *Quod hodie malum tuum sanasti? Cui vitio obstitisti? Qua parte melior es?* &c. Quid ergo pulchrius, ait idem Seneca, hac consuetudine excutiendi totum diem? Nihil in hoc genere dici melius potest etiam à Christiano. Confer quæ eadem de resunt in *s* Chrysostomo, Cassiano *t*, Climaco *u*. Pythagoricum de hac re carmine scriptum monitum extat *x*, & apud hunc Senecam *y*, quem vehementer laudeo legas. Tritum illud Ciceronis *z*. *Quid quoque die dixeris, audiveris, dixeris vespere commemorandum*, quod Pythagoras præcipiebat *a*.

Πῆμ' παρέβαν; τί δ' ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη,

Quid præter gressus? quid gestum in tempore? quid non?

Apud Indos Gymnosophistas narrat Apulejus *b*, rogari solitos à magistris discipulos, *Quod factum à lucis ortu ad illud diei bonum fecerint.*

Eodem spectat illud ex Psalmo *c*: *Scopebam*, aut etiam *scobebam*, aut *scopabam Spiritum meum*: & ex Paulo *d*: *Si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur.* Huic expositioni favet lectio textus emendata, quæ abstulit conjunctionem, *&, quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini*, ita ut non sit sermo de his quæ dicuntur in cubilibus, sed moneamur, de his quæ diximus in cordibus nostris, compungi in cubilibus.

A Juvat etiam Chaldæa paraphrasis, quamvis membrum primum aliter interpretetur, in bonam partem: *Dicite orationem vestram in ore vestro, & petitionem vestram in corde vestro: & orate super cubile vestrum, & momento diei mortis semper.* Nam ad examen conscientiæ ista quoque pertinet. Item versio Hieronymi: *Loquimini in cordibus vestris super cubilia vestra, & tacete.* Legendi præterea de examine sui ipsius Augustinus *e*, Gregorius *f*, Bernardus *g*, qui hortatur ut monachus post completorium singulis diebus sibi teneat: & Clemens *h* ex traditione Petri Apostoli. Iterum Basilius *i*, Bonaventura *k*, & Cassianus *l*, & Plutarchus *m*.

Alius est sensus non de examine, ac discussione conscientiæ sub tempus capiendi somni, sed, ut qui publico ut Ambrosius *n* loquitur, testimonio non tenetur, se ipsum judicem, qui in occulto lapsus est, erubescat, & aculeo quodam coerceat amaritudinis, & pudoris. Hoc pacto conjunctio, &, vim suam habebit, ut quæ dicuntur in cordibus, idest, cogitantur, & in cubilibus, idest, clam, & apud nos, de his compungamur. Eadem expositio Cassiodori, & Remigii, & Haymonisied per *dicta in cubilibus*, intelligit consensum in delectationem, sicut & Thomas concupiscentiam, quam prohibeamus in opus deducere. Consentit etiam Bruno, Ludolphus, Dionysius. Cassianus *o* item explicat ut quæcumque in cordibus nostris ingruentibus repentinis ac lubricis instigationibus, cogitamus, consilii moderatione, omnem strepitum, & perturbationem furoris amoventes, velut in cubili quietis positi, compunctione salubertima emendemus atque corrigamus.

Tertius est Augustini, Alcuini, Glossæ interlinearis, & Ordinariæ, Thomæ, & Titelmani: *Quæ dicitis in cordibus vestris*, supple dicite (idest, Nolite esse populus de quo dictum est *p. Labis me honorat; cor autem eorum longe est à me.*) *In cubilibus vestris*, idest, ut prioribus continetur verbis, in cordibus, quæ sunt cubilia, quorum clausis ostiis orandum Christus *q* monet: *compungimini*, puniendo vos ipsos, vel excitando tamquam stimulis ad videndam lucem Christi. Tunc particula, & subintelligeretur, & aptius exprimeretur.

Quartus, Lyrani, de cogitationibus in cordibus, & de sermonibus in tentoriis, ac desertis locis, contra David. Quintus Burgensis, de Philosophis, qui cogitationes & opiniones secretas suas de Deo vero, non promerent liberè palàmque ut idcircò hujus illos rei pœnitere deberet. Sextus, Valentiæ, de consiliis adversus Christum. Septimus, Ricardi Pampolitani, ut quemadmodum cogitaverunt in cordibus, & conscientiis suis, utile esse pœnitere, sic faciant: Et hi quidem sensus juxta editionem nostram: qui namque Hebræam sequuntur, nonnihil discrepant, ut paullo post dicam. Qui de David, & de Christo exponunt, placent maximè juxta paraphrasin principio versus positam. Reliqui spernendi non sunt, & commodè ad illa duo capita revocari possunt.

Quæ dicitis.] Hieronymus: *Loquimini.* Cyprianus *r*, & Augustinus *s*, *Dicite* אמרו *imru*, sed potest quoque esse אמרו *amaru*, & suppleri, ut sæpe solet, אשר *Asser*, *quæ, quæ dixisti*, vel *dicitis.* Eugubinus, octavo loco volens esse Imperativum, sicut Græcum, λέγετε, remoto *a* & *quæ*, declarat quum Rabbi Aven Ezra, quia mendacium locuti estis regem me abnegando, & in cordibus ac stratis vestris id cogitastis, vera dicite, atque cogitate: & pro, *compungimini*, legit, *tacete*, ne deinceps talia cogitetis, dicatisque aut moliamini contra me. Vel secundum alios: Dicite in cordibus vestris, & in cubilibus vestris: idest, considerate attentius tempore illo, ac loco commodiore, esse à Deo regem mirificè constitutum, ac ipsius exauditum. Silete, hoc est, tunc silebitis, acquiescetis, desistetis, deponetis conjurationis cogitationem. Compungimini etiam, ac pœnitebit vos. Fulgentius *t* notat hic alibique *dicendi* verbum, idem valere quod *cogitandi*.

In cubilibus.) Conjunctionem, &, nec Hebræus, nec textus habet Græcus, atque in editione emendata sublata est. Sic autem, ut antè vidimus, absque illa plures è traditis expositionibus, meliùs cohærent; neq; Synonyma erunt corda, & cubilia, ut Augustinus volebat, nonnullique alii, sed erit in cubilibus compungendum de his, quæ dicta fuerint in cordibus. Per *cubilia* proprie lecti intelligendi sunt, quæ κοῖτα, & numero singulari משכב *mischchaw* dicuntur. Non ut in cubilibus

ipsis,

ipsis, lectis, stratis ve id quod præcipit, fiat, vult; sed sub A tempus, quo illa petituri sumus ad dormiendum. Juxta cubiculum cubile solet esse, at non est idemratque apud Matthæum *a*, oraturus præcipitur intrare non in cubile, sed in cubiculum, *ὡς τὸ ταμεῖον*, quod verum cubiculum interpretantur Theophylactus *b*, Chrysostomus *c*, & alii; quamvis figurato sermone, ut inanis hominum laus fugiatur. Vel, quod Augustinus monet *d*, ut externa locutione Deum non indigere intelligatur, sed ut homines audiant, & confessione quadam cum Sacerdotibus per commemorationem suspendantur in Deum. Dicuntur & *ferarum cubilia*, quæ hic pro ferocium hominum cogitationibus Cassiodorus accipit: Haymo pro corpore, in quo jacet anima, ut in suo fera lustro. Cyprianus *e*, legit, *in fratris*. Dicuntur & *sanctè lætari in cubilibus suis f*, idest, in secreto pectoris, ac testimonio conscientiæ *g*.

Posset huc pertinere juxta unam ex allatis expositionibus, Symbolicum illud Pythagoræ præceptum, de quo Clemens Alexandrinus *h*: Olla ab igne sublata, non relinquere figuram in cinere; sed eam confundere: & qui surgunt è cubili, conturbare stragula; ne ita vestigium, injuriæve memoria superst: ne somnii, & insomnii interdiu, sed nec ejus, quæ fuit in nocte voluptati meminerimus; quin potiùs luce veritatis caliginosam phantasiam confundere satagamus. Verùm simplicior est antea indicatus, ut nocte saltem defervescat ira: quod aliis Paulus *i*, verbis exposuit, *Nec sol occideret super iracundiam nostram*.

Compungimini.] Κατανύγητε. Refert Augustinus, nonnullis visum esse, melius legi, *Aperimini*, videlicet quasi κατανοίγητε: refertur autem, inquit, ad illam, dilectionem cordis, ut excipiatur diffusio charitatis per Spiritum Sanctum. Aquila: Ἡσυχάσατε, *Quiescite, expectate, tacete*, quo modo Hieronymus *k*, Cyprianus, *Transpungimini*, Hebræum דומו *domum* significat quidem, *silete*: ac cordis compunctio est cordis gemitus in silentio, de peccatis, quum sedens solitarius, tacet, ac *levat se super se l*: petens à Deo, ut configat timore carnes *m*, atque illi exponens, quòd *omne desiderium suum ante ipsum, & gemitus ab eo non sit absconditus n*.

Quando Deus extinctis Nadab & Abiu filiis Aaron, propter externum oblatum ignem, per Mosen enuntiari præcepisset: *Sanctificabor in iis, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor* o, de Aaron scribitur, quod tacuit, Γίγνεται κατανύξας, *compunctus est*. Quod item apud Isaiam *p*, est: *sede tacens*, Græcè legitur, κάθου κατανυγμένος, *sede compunctus*. Immo noctem Severianus Gabalensis ab Agelico citatus νύκτα putat vocatam, quòd quum in lecto cubamus, solemus taciturnitis cogitationibus νύκτα πεσθαι compungi.

Græcum verbum κατανύσσειν posset significare ἰσχυμάζειν, quum Hesychio significet κλῖσις & ἡσυχίαν. Compositum κατανύειν non invenio, sed aperitur qui compungitur: & posset innui peccati, seu puris apertio etiam per confessionem. De compungendi & compunctionis vocabulis plura diximus ad Caput secundum Actuum Apostolorum *q*.

a cap. 6. 6.
b ibidem.
c Hom. 5. in 2. T. epist. ad Timoth.
d de Magist. cap. 1.
Ferarum cubilia quomodo intelligat Cassiodorus.
e in Orat. Domin.
f Psal. 149. 5. 6. 2. Cor. 1. 12.
Symbolicè pythagoræ præceptum
h 5. Strom. cap. 3.
i Eph. 4. 26.
Augustini aliorum lectio citata.
k supra.
l Thren. 3. 28 in Psal. 118 22.
m Ps. 37. 10.
Vocis κατανύσσειν aliquot locl citati.
o Lev. 10. 3. *p* cap. 47. 5. *N.* de νύκτα
unde dicitam putent nonnulli.
Κατανύσσειν.
Κατανύξις
q vers. 37.

Vers. 6.] Sacrificate sacrificium justitiæ, & sperate in Domino: multi dicunt, Quis ostendit nobis bona?

IN FINE prioris versus est selah, de quo aliàs. Compunctionem de peccatis indicare, comitari, sequi debet sacrificium non externum, & materiale dumtaxat, sed præsertim justitiæ, per quod suum cuique reddatis, & Deo, & proximo, ac omnem virtutem exerceatis Deo inter alia debetis gratiam pro præteritis beneficiis, fiduciam, spemque accepturos vos in posterum quę necessaria erunt. Quapropter vanis torquemini sollicitudinibus, ut vulgò non pauci, qui numquam satiati præsentibus, & ad nova semper inhiantes, diffidunt consequi posse, quod concupiscunt: & queritantes adversus divinam providentiam, desperant à Deo etiam auxilium. Multi, de David vel comititibus, vel adversariis, optabant bonitatem causæ manifestam fieri, dum pugnaretur utrinque. Valentia notat, apud Hebræos stam sententiam constare versibus tribus. Hieronymus, & Psalterium Ambrosianum, & Vaticanum à membro secundo inchoant novum versum, & integrum componunt cum sequenti.

Sacrificate sacrificium justitiæ.] Etsi sacrificium spirituale, quod vocatur *laudis r*, & *Spiritus contribulatis s*, & a liarum virtutum, per se placeat Deo: & præ illo, atque præ misericordia, scientiaque divina practica, & obedientia *t*, refutet externa sacrificia *u*; & Theodoretus doceat indicari hoc loco sacrificiorum veterum inefficacitatem: Euthymius, conversationem, ac vitam Ecclesiæ, quæ oblatura sit spirituales hostias: Ambrosius *x*, Christum qui justitia est, atque sacrificatur pro nobis vero sacrificio: tamen hæc etiam materialia sacrificia olim in oblatis ac mactatis externis rebus, ac victimis, grata illi fuerunt, tamquam spirituale illud indicantia sacrificium, atque foventia, & præfigurantia sacrificium Christi tum cruentè in cruce factum, tum incruente nunc in Missa exhibitum; & ut abstrahentia Hebræos ab Idololatria; dummodo ritè fierent, & cum pietate interna. Quia per se inefficacia erant, minùs perfecta, onerosa: idcirco quandoque præcepta de illis data, non bona appellantur *y*, ut exponit S. Thom. *z* post alios, qui potius docent permissa sacrificia, quam præcepta. Volebat quoque eo loquendi modo Deus intelligi talibus se sacrificiis non egere; & aliquando cessatura externa omnia rerum merè creatarum. Hunc habent sensum, quæ scribunt Clemens *a*, Irenæus *b*, Epiphanius *c*; Chrysostomus *d*, Anastasius *e*, Nicænus, Lactantius *f*, Cyprianus *g*, (qui hujus Psalmi testimonio, & similibus probat quod postremo loco dixi) Hieronymus *h*, Augustinus *i*. Hic *k*, docet, probatque, Deo grata sacrificia fuisse, idemque pluribus exequitur Gulielmus Parisien. *l*.

Ceterùm hoc loco videtur Origenes *justitiæ sacrificio* intelligere eleemosynam: Eusebius, victimas pro Abisalom, & comitibus ejus, qui persequebantur David Euthymius, ne quemquam injuria afficiant, videlicet belli tempore, quod tunc erat: Augustinus, Alcuinus, aliique, pœnitentiam, quam vocavit idem David *m* Spiritum contribulatum, cor contritum, & humiliatum C *taurum superbia, hœdum lascivia, &c.* Idem Augustinus *opera justa* post pœnitentiam, de qua versu priore dictum est: ut *non sit satis abstinere à malo*, inquit Chrysostomus, & Haymo; sed *facere quoque oportet bonum n* Cassiodorus: ut cessent Gentiles à profanis sacrificiis, sed ipsos Deo sacrificium offerant *o*, quum pro nobis immolatus sit Christus, Burgensis: Ut Philosophi rationis præceptum secuti, sacrificent soli verò Deo: Jacobus de Valentia: Ut Judæi rejectis jam inutilibus sacrificiis, amplectantur sacrificium Eucharistiæ, in quo Christus offertur, qui justè pro omnibus satisfecit: Cajetanus: Ut comites David, quando non licet exterius sacrificare; procurent internum justitiæ sacrificium, sicque sit Deus justitiæ ipsorum: quemadmodum David præfatus est illum esse suæ, hoc est, ut perfecutio Saul iniqua esse deprehendatur tam contra illos, quam contra ipsum.

Constat iacrificium his omnibus dici modis, & hac ratione unum quemlibet justum Sacerdotem appellari D posse, ut alibi demonstravi *p*, atque hoc ipso docet loco Chrysostomus. Ambrosius *q* quoque *Justitiæ sacrificium* interpretatur de Christo, necnon de spirituali oblatione ferventis devotionis, & infusionis Spiritus Sancti. Denique Chaldæus tropologicè sacrificium exponens, vetit: *Domate concupiscentias vestras, & reputabitur vobis sicut sacrificium justitiæ*. Virtutum opera sæpe *sacrificia* vocantur *r*.

Si de Christo placet intelligere, nemo dubitat, in sacrificio ejus exactissimam justitiam reperiri pro infinita quadam ratione malitiæ peccatorum nostrorum, nec potuisse adversarium queri, potentia, non jure actum contra ipsum, & obnoxios servituti ejus violenter ereptos. Dignitas, & justitia, sanctitasque sacrificantis infinita tribuit pretio redemptionis valorem infinitum, & plenissime per actionem sacrificii satisfactum est Deo, qui ex pacto voluit acceptare, & nos per illud justificare, & justitiæ severitatem contra peccatum declarare Sacerdotem ordinis Levitici Christum teste Svida nonnulli fecerunt. Demonstrat Paulus *s* oppositum, eo quod fuerit de tribu Juda, & secundum ordinem Melchisedech. Obtulit spontè se ipsum cruci, & externam illam confixionem tamquam totum sacrificium constituit cum circumstantia temporis Paschalis, loci extra portam, altaris crucis. Denique ea oblatione externa significabat Christus internam, qua vitam Patri pro nobis offerebat; præterea mortem mortis ac peccati Martyres, licet obtulerint etiam ipsi seipsos, non propriè sacrificabant, quia non erant ut sic Sacerdotes, nec in eorum erat potestate victimam talem eligere, sive mortem, sed acceptare: nec moriebantur pro se, ut placarent Deum pro se, aut aliis, sed solùm pro veritatis testimonio nec erat sanguis eorum propitiatorius pro aliis.

Sacrificium. [Θυσίαν. Hebræice in plurali זבחים *zibch* sacrificia. Ad sensum nihil interest: quamvis ut de Christi, & Eucharistia sacrificio intelligatur, quod re ipsa unicum est, magis favet numerus singularis. Hoc sacrificium virtute multiplex est, & omnium aliorum rationes ac perfectiones continet, & cum externo erat interno. Unde Psalmo quinquagesimo *a* cum sacrificio justitiæ, oblationes & holocausta conjunguntur. Nam exempli causa *panis* olim oblatus carnem præfigurabat *vinum*, sanguinem ex condimentis, *oleum*, gratiam *sal*, Sapientiam, ex medicinalibus, *incensum*, divinitatem, vel morum suavitatem: *spica*, denotabat obscuriore in lege naturæ de Christo notitiam: *farina*, paullo clariorem in lege scripta: *panis*, magis distinctam in Evangelica, qui panis coctus est in ventre Virginis, frixus in tartagine per labores vitæ, assus in craticula crucis. Farina, puritatem Christi præmonstrabat: panes propositionis, munditiem: panes primitiarum, regiam dignitatem. In agno desiderabatur mansuetudo Christi: in hircco, & capra peccata nostra propter quæ patiebatur: in ove similitudo carnis peccati: in vitulo, sacrificium: in ariete, principatus. Juge sacrificium significabat efficaciam hujus unius; adeo, devotionem: vacca rufa, sanguinis effusionem: bos, obedientiam usque ad mortem; passer, humanitatem: turtur, cum puritate, gemitus ac lamenta: Columba, simplicitatem, ac misericordiam de corporis arca egressuram, & reversuram per resurrectionem. In lateris plaga spectari potest holocausti ratio, in dexteræ manus, hostiæ pacificæ, in sinistræ, pro peccato; in pedum quod tamquam victima ductus est, ac processit ad liberandos animos limbi Justorum, & Purgatorii, saltem aliquos. Loquendo de sacrificio Judæorum, dicitur *justitia*, quod aliter pacificum, & non pro peccato: vel contra quod expiationis, & pro peccato; vel quod à Justo fit, quum sit impii abominabile Domino *b* vel quod vis opus bonum.

Et sperate in Domino.] καὶ ἐλπίζετε ἐπὶ Κύριον & *Jehovah ad Dominum*, vel *in Dominum*, quo modo legit Cyprianus *c*. Non est discrimen perpetuum vel in *credendi*, vel in *sperandi* verbo, ut aliud sit *credere*, *aut sperare in Domino, in Dominum, omnium*. Quia verò præcessit mentio de operibus justitiæ sub voce sacrificii, ipse nunc intelligitur, qua tenditur in Deum ex affectu charitatis, & per media ad beatitudinem necessaria, nimirum per bona opera. Immo videtur nonnullis conjunctionem, & esse exegeticam, ut sit idem sacrificare sacrificium justitiæ, quod sperare in Domino. Hieronymus explicat eos, qui sacrificium Deo immolant justitiam consequenter sperare in Domino. Hinc denique colligitur, præceptum actu spei obligare aliquando: de quo lege B. Thomam *d*.

Proponit Origenes quæstionem, Num probus speret, quippe qui jam perfectis bonis potiatur in nulloque deficiat; spes autem sit eorum quæ desunt. At quis ambigat, in hac ærumnarum vita deesse felicitatem, ac interpericula implorandam cum spe opem Dei pro auxilio, & perseverantia?

Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?) Vocem Origenes hanc peccatorum ait esse, qui de bonis quidem persuasi sint, quæ sunt Sanctis reposita, ceterum desperent ea consequi posse propter delicta & imbecillitatem virium suarum. Addit aliorum expositionem de illis, qui cupiunt melius nosse rationem adipiscendæ beatitudinis, & quænam sint quæ ipsius nomine comprehendantur; ut quid sit terra promissa mitibus *e*, quid à mundis corde videri Deum *f*: quid lugentes nunc, postea esse consolandos *g* &c. Paucorum idest, taliumque, qualis, qui dicebat: *Nos autem Spiritum, qui ex Deo est, accepimus h, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, &c.*

Quillibet justus Sacerdos ut appellari possit.
p 1. Petri 2.
q Ambrosii interpretatio.
q in Ps. 50.
r Ps. 49. 14. 23. Ps. 50. 19. Ps. 115. 15. Osee. 14. 59. Eccl. 53. 2.
Sacerdotem ordinis Levitici Christum qui fuerint.
e Matt. 5. 5.
f Ibidem 8.
g Ibidem 5.
h 1. Cor. 2. 12

Oblationes externa quid significarent Christus.
Martyres licet offerrent se ipsos, non propriè sacrificabant.
Sacrificium virtute multiplex.
a vers. 21.
Mysticę præfigurationes
b Prov. 15. 8 Isa. 1. 13.
c lib. 1. c. 6.
Hieronymi explicatio.
d 2. 2. q. 22. art. 1.
Origenis quæstio, Num probus speret.
Origenis expositio.
e Matt. 5. 5.
f Ibidem 8.
g Ibidem 5.
h 1. Cor. 2. 12

A Primum dicendi modum sequitur Eusebius, & Nyssenus *i*, nempè de diligentibus vanitatem, & vacantibus amori corruptibilium, quę solą putant bona. Sequitur secundum Ambrosius *k*, docens David unum de istis fuisse, qui sibi cuperet ostendi summum verum bonum contra tot Philosophorum sallas de eo sententias, & propter nimis obscuram in hac vita cognitionem, maximè in lege scripta, non solum naturæ. Indicant tertium sensum alii apud Didymum, ut *quis* designet unum, & solum: sicut in parabola *l*: *Homo quidam nobilis*; is autem sit unigenitus Dei Filius, qui nempè in sinu Patris existens enarrat nobis *m*. Augustinus primo sensui addidit alium, qui censeri quartus potest, improbos conqueri se nec præsentis vitæ externis bonis frui, sed sua prioribus tempora pejora esse; de æternis bonis dubitare, vel desperare, ac dicere: Quis novit si vera sunt, at quis venit ab inferis, ut ista nunciaret? Chrysostomus consentit, (adjungens querimoniam adversus providentiam Dei, quod alios finat prosperè, alios miserè vivere) Euthymius, & alii multi. Quo pertinet quæstio de qua B. Thomas, & Ludolphus, quæ sint ante commemorata sacrificia justitiæ Deo accepta: quæ ratio bene vivendi & peccata vitandi, ut ait Titelmanus: quod præmium, ut notat Lyranus: quæ, ut ait Valentia, de Judæis nominatim agens, in his quæ prædicantur in Ecclesia, percipi ac sentiri ratio boni possit, ut pro illa spemi debeant sæcularia bona. Athanasius *n* per hæc *bona* Spiritum Sanctum dicit intelligi. Per accommodationem sententiam istam usurpat Augustinus de iis quos opta: optare vera bona. Et, o, inquit *o*, *si satiarentur inedia, & dicant*, Quis ostendit nobis bona?

Ad litteram, videntur verba eorum qui diffidebant causæ David, quem tot videbant modis vexari, quum unam potissimùm prædicaret ipem in Deum, sed oblatas interim commodas rei bene gerendę occasiones elabi fineret. Sic quidem Cajetanus. Vel iidem illi negl ecta spei divinæ dilatione, inhiantes ad prædam, avidè dicebant: Quis det ut potiamur hostium bonis? vel è contrario hostes David provocabant seipsos his verbis, jam devoratis animo facultatibus proscriptorum pro C ipso pugnantium, quemadmodu solent ad veriæ factionis, ante partam victoriam, inter se milites dividere hostium bona. Dicebant quoque, ut Janienius notat; Utinam det aliquis ut videamus David extinctum. Vel quod habet Arias, utrique argumento concupiscunt aliquo declarari, quis justo pugnaret Marte David; an qui persequebantur eum: causæque bonitas à quo staret.

Multi.] Jam dictum priore Psalmo, *multos*, male sonare sumique pro *vulgaribus*, pro *stultis*, pro *improbis*. Apud Græcos *p*, οἱ πολλοὶ, plebeii sunt, ac vulgares homines.

Quis.) Observavit Origenes, accipi æpenumero *quis* pro *admodum raro*, ut *q*; *Quis putas est fidelis servus*, *ac prudens*; & *Quis t sapiens, & custodiet hæc*, &c. &, *Domine t quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Eadem annotatio Hieronymi *t* etiam pro *nulla*. Idem serè Didymus repetit, ut vidimus, *de uno solo* docens usurpari. Rursus Origenes *u* notavit, sumi nonnumquam pro *impossibili*; ut, *Quis x ascendet in cœlum? hoc est Christum deducere*, &c. Euthymius ait, habere vim immodicè appetentis, nimirum ut cum D verbo conjungitur, *ostendet*. Eadem ratio, quando sequitur simile verbum, *dandi*, ut, *Quis dabit ex Sion salutare Israel y? Quis dabit mihi pennas sicut columbæ z? Quis dabit capiti meo aquam?* à. Addi potest notio contemptus, ut *Quis b est Dominus? Quis sum ego ut vadam ad Pharaonem c?* *Quis est omnipotens?* d.

Ostendit nobis bona?] Hieronymus, & Augustinus *e*, *ostendet*, ille, bonum; utrumque ex Hebræo יראנו טוב *iarenu tou*: primum etiam ex Græco δείξει. *Ostendere bona*, est afficere beneficiis, & quidem tantis, atque adeò perspicuis, ut cerni, cognoscique publicè possint: nec dissimulari valeant: Sic dicebat Christus: *Multa bona* opera ostendi vobis ex Patre meo*: David *f*. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam*. Contra verò *ostendere g*, *tribulationes*, est tribulare: *Ostendere dura h*, est rebus molestis afficere. Indidem est, ut dicatur quis videre vel bona *i*, vel mala *k*, vel morem *l*, & paupertatem *m*

Bona.) Numero multitudinis reddidit interpres, quoniam in summo bono, si quidem interpretemur locum de illo cunctorum bonorum cumulus est. Hoc innuit Ambrosius *n*, citans alios Psalmos; *Credo o videre bona*

Eusebii lectio & Nyssenii.
i Tract. 1. in Eccl. cap. 4.
Ambrosii.
k De Bono mortis, c. 12 l. 3. ep. 11. in Ps. 118. ser. 3.
Tertius sensus apud Didymus.
l Luc. 19. 12.
m Joan. 1. 18
Quartus sensus Augustini.
Chrysost. consensus.
B. Thomæ quæstio.
Athanasii quæstio.
n De Inca. Christi.
Augustini.
o Ps. 4. vers. 9
Ad litteram interpretatio.
Janseni.
Arias.
Vox multi male sonans.
p Aristot. 1. Polit. cap. 15.
Vocis Quis interpretatio.
q Matt. 24. 45.
r Ps. 106. 43.
s Psal. 14. 1.
t 1. in c. 5. Eccl. 11. in c. 10. ep. ad Rom.
x Ibid. v. 6.
y Psal. 13. 7.
z Ps. 54. 7.
a Jerem. 9. 1.
b Exod. 5. 7.
c Ibid. c. 5. 11
d Job. 21. 15.
e 9. Confess. cap. 4.
* Joan. 10. 32
f Psal. 84. 8.
g Psal. 59. 5.
h Psal. 70. 20
i Psal. 26. 13
k Ps. 49. 15.
l Ps. 88. 49.
m Thren. 3. 1
Bona nomine plurali cur reddidit interpres.
n de Bono mort. c. 12. l. 3. ep. 12.
o Ps. 26. 11.

a Ps. 64. 5. *bona Domini in terra viventium*; *Replebimur a in bonis domus tua*. Docet autem ideò David hoc frequentavisse, ut sciremus hinc bonum illud Philosophos transtulisse, quod summum asserunt. Sub bonis opposita mala Remigius complectitur, ut Providentiæ negatores quærant quoque, Quis ostendit nobis suppliciæ æterna?

Vers. 7.) Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: dedisti lætitiam in corde meo.

QUID homines importuni dictitant, & quæritando quæritant bona? quis illis suppeditet, quis dimicando faveat? nos tua innixi spe, tuum respicimus favorem, benignitatem declaratam super nos, velut signum aut vexillum altè sublatum, & ante oculos positum: atque hac de causa, perfusum est lætitia cor meum, nihil dubitans, nullas appetens opes alias, nulla hominum curans auxilia.

Chrysostomus, ac Euthymius diserte sic exponunt: præter multos recentiores, Cajetanum, Jansenium, Olorium, Genebrardum: Manifestam lucem divinæ defensionis, curationis, auxilii, providentiæ, protectionis, quæ mœroris tenebras dissolvat, & in David quodammodo insculpta, notum cum omnibus, ac conspicuum faciat, his etiam qui procul sunt. Idem valet quod Theodoretus ait, ob lumen divinæ cognitionis communicatum, ac radiorum instar ejaculatum à Deo ipso, in adversis concipi certam spem. Deus miserando, ac benedicendo dicitur *illuminare vultum suum super aliquem b*: præterea docendo *c*. Item *ostendere faciem d*, est favendo salvare: idemque valet respicere ad aliquè *e*, aut absolutè, aliquem *fiosculos respiciere g*, sic etiã Poeta:

Consistit h, *& Libya desixit lumina regnis*.

Inde fit, *ut deprecari faciem Domini*, aut *quærere vultum ejus*, sit velle ac petere favorem *i*, quod Daniel simul dixit *quærere misericordiam a facie Dei cœli k*. Illustrantur hæc verbis Job *l: Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram*, idest, numquam mœstus eram. Accedat & illud ex Psalmo *m*: *Accedite ad eum, illuminamini, & facies vestræ non confundentur*, idest, lætæ reddentur, à Deo respiciente.

Intelligit Origenes de eximia quadam irradiatione divinæ notitiæ, cujus, in splendore cornutę faciei Mosis *n*, extitorit signum: inde autem fieri: ut in mediis calamitatibus tali præditi lumine nihil pati videantur. Id sibi velle signum Thau *o*, impressum in frontibus: & significationem, quam dat metuentibus se Deus, *ut fugiant à facie arcus p*. Rupertus hoc loco applicat ad donum Spiritus Sancti in Pentecoste *q*: alibi verò *vultum* sumit pro Filio: *lumen vultus* pro Spiritu Sancto. Divinam item illuminationem explicat Nazianzenus *r*. Alii plurimi, in quibus etiam Hieronymus *s*, Augustinus *t*, sententiam sumunt de insita vi cognoscendi, & facultate rationis, quæ etiam imago dicatur, ad quam factus est homo *u*, & per quam cognoscendi vim possit corrigi error eorum, qui priore versu divinam negare providentiam videbantur. Quia verò Filius peculiariter imago Patris dicitur, Cyrillus *x*, peculiari quoque ratione ait, hominem factum censeri ad hanc imaginem, sed per obsignationem in Spiritu Sancto: quod etiam docet Ambrosius *y*, & Haymo, qui præterea quum Glossa, Interlinaris, Alcuino, Bonaventura *z*, August. aliisque rationem imaginis videtur in gratiæ munere spectare, quod renascendo recuperatur per baptismum: & esse ceu signatum nummum Cæsaris *a*, ut ficut hic illi, ita Deo ille reddatur. Sed gratiam designatam putat. Hugo Victorinus *b* in lætitia cordis, & Burgensis in voce luminis, ita ut vultus designet naturalem facultatem rationis. Hieronymus *c* signum hoc pro Christo ratione incarnationis, quod signum datum est regi Achaz *d*, & sanguinis ejusdem, cujus typus is, quo postes domorum signabantur in Ægypto *e*, quando pereunto Ægypto, solus Israel mansit illæsus; & crucis, quod est illud Thau *f* in frontibus, & vocatur signum in bonum *g*, sed & cui contradicatur *h*: atque significatio data metuentibus Deum, *ut fugiant à facie arcus i*. De cruce ita declarat Cassiodorus: de eadem & sanguine Rabanus, & Beda *k*, Hugo S. Victor. *l*, Isidorus *m*, de Christo Tertullianus *n*: *Hunc Pater signavit o*, Euthymius refert aliquos dixisse, contineri his verbis prophetiam de Christianis, quibus per hoc nomen, quo Christiani appellantur, signum, atque judicium quoddam impositum est, Christus nimirum, qui Patris lux est. Valentia explicat & de lumine naturali, & de supernaturali, quod continetur in Scriptura utriusque Testamenti. Rursus Hieronymus *p*, & Augustinus *q* videntur interpretari de lumine beatitudinis. Aretas *r* de notabili quodam signo in vultu veri justi, quo dignoscatur, quemadmodum in impiorum frontibus impudentia imprimitur *s*. Nicetas *r* Nazianzeni scholiastes, de Baptismo, quem Græci quoque vocant φῶς. Agellius interpretatur jungendo primum membrum cum priore versu; *Multi dicunt* ex iis, qui mecum sunt in ærumnis meis: *Quis ostendit nobis bona?* ut nobis fruamur loco malorum, signatum est, &c. idest, utinam signum leves vultus tui lætitiam benigni super nos. At, inquit David, non sic ego, dedisti enim lætitiam in corde meo, exhilarans me interius firma spe, quam in te habeo, & majorum bonorum expectatione, vel per se sumendo dicta verba, ut iidem emergerent ex mœrore & quadam desperatione, quum jam appareret quasi nova efata face in vultu benignione Dei affuturam rerum secundarum, etiam externarum copiam, atque reditum in pristinum regnum.

Signatum est super nos.] Hieronymus, *Levatum super nos*, quo etiam pacto prius Aquila, ἐπάρθη, & omnes Hebraizantes. Symmachus autem: τὸ σημεῖον ἐσημάνθη, *Insigne fac*. Tertullianus *u*: *significatum est*. Sulpicatur Pamelius, legisse ἐσημειώθη à σημεῖον, quod & *significo*, & *signo* verti potest, quam significationem posteriorem tribuit Interpres verbo ἐσημειώθη. Hebraicè sic habetur נסה עליו *Nesah hhalenu*. Ex his qui sequuntur versionem Hieronymi, Nicolaus Trevet, ait petere David, ut sublata quasi lampade, discutiantur quasi tenebræ prosperitatem temporalem expetentium, & agnoscatur Deus ipse in beneficiis suis. Cajetanus, ut faveat Deus, revocando veluti lucem benigni favoris sui ad hemisphærium ipsi qui versantur in tenebris mœroris ac diffidentiæ. Atias, ut erecto vexillo intelligatur ad utram accedendum sit opinionem, suamne, qui se justam tueri putet causam, an adversariorum, qui de sua idem sentant.

Monet auctor Catenæ, legisse Lxx. quum נסה *nesah* pro *nes*, quod significat *signum* & *vexillum*: & quum videlicet suppleri deberet verbum, *est*, signum & vexillũ est super nos, maluisse clarius reddere per verbum ἐσημειώθη, *significatum est*, idest, signum erectum, & elevatũ impressum, defixum. Genebrardius emendat communem lectionem Hebræam, legens נסח *nissah* in præterito passivo niphal à נס *nes*, quod est *signum* & *vexillum*, ut dixi, & vult *signari*, non tam esse significari, & imprimi, quam elevari, ac attolli ut signum, indicari, apparere clarè, perspicuum evidensq; fieri. Sicut quum Apostolus scribit, Διὰ τῆς ἐπιστολῆς τούτου σημειώθητι: *Per x epistolam hunc notate*, indicate, manifestate. Probat, rum ut præcedenti quæstioni: *Quis ostendit nobis bona?* responsio subjiciatur; tum quia, qui *levandi* exponunt verbo, mutant נסח *nah* in נשח *schah*, legentes נשח *neschah* pro נסה *nesah*, quo tamen modo passim legitur in Bibliis.

Incommodum judico recedere à communi lectione, malimque dicere; Lxx. *Signatum est*, passivè interpretatos quod per imperativum, vel in modum deprecandi Hebraicè verteremus, leva, nempe signum, vexillum velum, ut significarent jam factum, & imperratum, quod fieri David peroptabat.

Juxta sensum verò litteralem, placet magis, ut signarisit attolli, & erigi, & declarari, non autem intimè, & inhærenter indi, & inseri. Nam *signari*, ut de Sacramentis characterem imprimentibus dicitur *y*, est σφραγίζεσθαι, non σεσῆσθαι. Quocirca non litteraliter, sed accommodatitiè dictum accipio à Gregorio *z*, *lumen signatum* vocari, quia absconditum, sicut & *fontem signatum a*, quod sensus spiritualis mentibus indignis abscondatur, *& Spiritus ubi vult spirat b*.

Super nos.] In hac formula vim faciunt, qui lumen voluntesse supernaturale, ita ut dictio, *super*, id indicet. Sed neque על *hhal*, neque *in* necessario vim istam habent, Annotat Hugo S. Victoris *c* dictum, *super*, non *subiter* quia in superiori natura signans est Deus, qui suam imaginem primo Angelicæ naturæ, inde humanæ impressit: ut Angelica sit quasi signaculum, juxta illud *dicit u signaculum similitudinis*, homo, signatum. Unde quemadmodum sigillo primum figura regis insculpitur, A postea rei subjectæ imprimitur, ita imago Dei naturæ prius impressa est Angelicæ, inde quasi secundum eum (Angelum) humanæ insignita; sed & aliis rebus modo suo, quia eorum ministerio formantur, & reguntur. Nec innuit propositio *super*, hunc sensum, ut dixi: nec prior Angelus creatus, quam mundus corporeus, nec hominis respectu, rationem habet signaculi, aut sigilli Angelus, per quem homini imago Dei imprimatur. Usurpatur quoque vox *signaculi* de homine *a*, illis verbis *Pone me ut signaculum super cor tuum*. Excusari potest hic sensus accomodatitius, quem vir sapientissimus lenit quoque particula diminuente, *quasi*.

Lumen vultus tui.] Tertullianus *b*: *Lumen personæ tuæ*, accipiens personam pro vultu & facie, ut alibi non semel *c*, *lumen vultus*, pro vultu luminoso.

Dedisti lætitiam in corde meo,) Favor divinus exhilarat gratiæ dona Christus testimonium conscientiæ quod *filii Dei sumus d*: cognitio divina, maxime de Providentia, & præmiis æternis, quibus spes sustentatur, qua sumus gaudentes *e*: alia, non cor, idest, mentem affiB ciunt, sed carnem, & sensum. Quando lux oritur Justo, qui rectus est corde, in corde quoque oritur lætitia *f*.

Rupertus *g* observat in prioribus verbis: *signatum est super nos*, &c. multitudinem credentium, super quos effusus est Spiritus Sanctus in Pentecoste: in istis: *Dedisti lætitiam in corde meo*, unitatem eorumdem, sicut & in ultimis versibus. Qui verba ista referunt ad sequentem versum, volunt David significare, se divina spe penitus nixum, ex rebus properis adversariorum, quæ sequentibus commemorantur verbis, nec timorem, nec dolorem, nec invidiam concepisse, sed potius, gavisum, & gratulatum esse, sperando hinc eos occasionem captaturos resipiscentiæ ac pietatis. Hoc modo Trevet, Vatablus, Eugubinus, Arias, Cagnejus, alii Hebraizantes.

Chrysostomi & aliorum expositio.
b Ps. 30. 17. Psalm. 66. 2. c Ps. 118. 135 d Ps. 79. 4. 8. 20. e Gen. 4. 7. f Lev. 26. 9. Isai. 29. 16. Isa. 60. 1. Deprecari faciem Domini & alia loquendi genera.
g Psal. 104. 5. h Genesi d. 1. i 3. Reg. 1. 34 k Paral. 16. 11. Zach. 8. 21 22. Ps. 68. 18. l cap. 29. 24. m Ps. 33. 6 Origenis expositio.
n Exod. 34. 2, 9, 30.
o Ezec. 9. 4. 6 p Ps. 59. 6. Alia aliorũ applicatio.
q 6. de Gloria Trin. c. 24.
r Orat. 40. de Baptismo.
s in v. 16. Jeremia.
t 3. Genesi ad litteram.
u Gen. 1. & 2 & 9. & alibi.
x 1. in Joan. c. 18. l. 3. c. 29. & 5. de Trin.
y 1. de Spiritu Sancto c. 17
z 10 cap. 20. Luc.
a Matth. 22 19. 20. 21
b 9. Salmer. cap. 12
c in Isa. c. 59 & ult. & ep. 124.
d Is. 7. 11. 14
e Exo. 12. 12 & seq.
f Ezech. 9 4. 6. Apo. 7. 3
g Psal. 83. 17
h Luc. 2. 34
i Psal. 59. 6
k lib. 3. c. 2
l in Samuel.
m Isai. 1. lib. 2 de Bestiis c. 57.
n in Ex. c. 15 de Vec. Genesim c. 25
o 3. cont. Marc. l. 11
p Joan. 6. 27

Verse. 8.] A fructu frumenti, vini, & olei sui, multiplicati sunt.

PROXIME ante dixi, quid videatur nonnullis hoc versu contineri, nempe gaudium, & gratulationem David pro adversariorum prosperitate, & quod eos rexisset pacificè, non vexasset tyrannicè: ita ut nullam dederit adversariis rebellandi contra se causam. Sed quum lætitiam exposuerimus propter lucem favoris divini, quem expertus erat, & experturum certo sperabat: placet, ut vel quod ait Jansenius sibi, suique gaudeat affuturas, finito bello, res prosperas, etiam externas quas jam ut præsentes, ac perceptas cernat, cum ampla propagatione sobolis: Vel esto, his abundent rebus inimici ejus, se tamen, quod prædixit, lætari corde, ac intima spirituali lætitia, seu majori lætitia, quam sit quę ex hujusmodi rebus percipiatur ab hostibus ipsius. Hoc pacto, *dedisti lætitiam in corde meo*, *a fructu*, &c. exponendum esset, majore me lætitia affecisti, quam quæ percipi soleat ex copia istarum rerum, qua lætantes inimici mei latius propagantur. Vel *multiplicari a fructu*, &c. est plures esse dictos adversarios David, quam sint spicæ frumenti, racemi, olivæ. Quemadmodum alibi & dicitur quod *florebunt sicut fenum terræ*, quod *multiplicati sunt super locustas i*. Asterius ait, de se, & suis Davidem loqui, ac magis exprimere quod initio dixerat: *In tribulatione dilatasti mihi*, nempe apportata opportunè annona, & supellectili in sua castra à Siba, tum à Sobi, Machir, & Berzellai *k*, quum persequente Davidem filio, in desertis, ac montibus David premeretur inopia. Genebrardus mysticè solum hoc accipiendum putat de Sacramento Eucharistiæ, & Chrismatis, necnon de oleo sacro, cujus in pluribus sacramentis usus est maximus.

Recipio & ipse perlibenter hunc sensum; quum placuerit Ecclesiæ in Divino Officio *l*; & Arnobio. Paulus Burgensis, ceteris expositoribus omissis, hanc arbitratur litteralem explicationem & gratias agere David Deo, quod creverit Ecclesia de fructu frumenti, & vini consecrati. Sed ante Genebrardum, Garthusianus, Lyranus, Titelmanus, mysticam, moralem, vel accommodatitiam vocant, primique duo nituntur anctoritate illa Ecclesiæ, & secundus monet, oleum in Antiphona Officii corporis Christi omissum, quia non erat ad rem. Ultimus *oleum* sumit pro operibus misericordiæ. Auctor Catenæ Lipomanus pro oleo infirmorum, sive unctionis extremæ. At fateor veteres Græcos, ac Latinos Patres locum declarare de improbis, qui felicitatem constituant in opulentia, & bonorum externorum fruitione; Davidem profiteri se uno Deo delectari. Qui propterea maximè litteralis judicandus sensus. Theodoretus ait hunc esse cum Hyperbato, & hæc omnia simul ita nectenda: *Multi dicunt: Quis ostendet nobis bona? a fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.* Tunc subdit: *Atqui*, ait, *qui hæc dicunt, omnigenis terræ fructibus fruuntur*, &c. Et tamen ut nihil recipientes, dicere audent: *Quis ostendit nobis bona?*

Augustinus, & Latini ceteri accuratè notant pronomen, *sui*, à fructu frumenti, vini, & olei sui, quo denotetur discrimen ab eo, quod est Dei, & Christi, qui est *panis de cœlo descendens m*, *granumque frumenti n*, *a cujus ubertate domus inebriabuntur. Beati o*, *qui impingunt in oleo caput*, *datque præclarum calicem inebriantem p*. Idem Augustinus *q* scribit se adhuc Manichæum, Mediolani audivisse Ambrosium, cujus eloquia strenuè ministrarent adipem frumenti divini, & lætitiam olei, & sobriam vini ebrietatem.

Ceterum, per frumentum, vinum, oleum, quæ humanæ naturæ maximo sunt usui, cetera itidem bona externa intelliguntur, ut Chrysostomus, Theodoretus Euthymius, Bruno, Thomas, Ludolphus, Cajetanus notant: primus autem valdè divinam providentiam inde confirmat, prolato simili ex Actibus loco, de quo ibidem *r* egimus, ac refellens eos, qui ea Diis falsis accepta ferant. Sepius ista in scripturis exprimuntur simul, ad rerum copiam denorandam. Licèt autem aliquibi omittatur oleum, saltem in emendatis libris *s*, alibi tamen ponitur: quamvis etiam interdum alia quædam adjungantur *t*, & alias sola duo prima in omnibus codicibus *u*.

A fructu frumenti.] Hieronymus: *In tempore frumentum eorum*, *& vinum eorum multiplicata sunt*. Augustinus, Cassiodorus, Ambrosius, Psalterium Vaticanum, Ambrosianum, & qui vertunt ex Hebræo, *A tempore frumenti*, (cujus quoque lectionis meminit Alcuinus, Lombardus, Glossa Interlin. & ordinaria:) *Frumenti*, &c. alii reddunt, *A tempore*, quo *x*, vel cum *y*, frumentum eorum, & mustum eorum multiplicata sunt. Videtur Hieronymus legisse כ *be*, quod est, *in*, nunc est præpositio מן *min* sed propter sequentem gutturalem, ablato Nun, habet sub se tsere תעת *mehhetb*. Dicta verò præpositio vel significat, à tempore, idest, à principio seu ex quo cœpit: vel præ, idest, plusquam tempus, vel propter tempus. *Turbatus à furore oculus meus*, idest, propter furorem *z Elongasti notos meos à miseria a*, hoc est, ob miseriam, sive præ miseria *b*: *Descendit justificatus ab illo* (Publicanus à Phariseo) idest, plusquam ille. Suntque complura similia alia exempla.

Interpretes Græci, & editio Latina vulgata notionem secuti sunt præpositionis *a*, ut idem est quod, *ex*, ac de aliis quam de David intelligentes, significari voluerunt multiplicationem, atque prosperitatem natam ex affluentia dictarum rerum fructum autem clarius voluerunt pro tempore: quia *multiplicari a tempore frumenti*, &c. nihil aliud est, nisi fructu, qui tempore suo, ac opportunè colligitur. Hebræis עת *hheth*, significat quod Græcis καιρὸς: *occasionem*, & *opportunitatem*, & *temperitivitatem*. Fortassis legerunt καιρὸς, & non καιρεῖς, Patres Latini, qui præter Hieronymum, *tempus*, non autem *fructum* expresserunt. Fieri quoque potest, ut ex מרי *meri*, quo modo legerunt LXX. factum sit עת *hheth* propter characterum similitudinem, hoc est, pro fructu tempus. Vulgo dicimus, *che la Stagione và bene*, quando proferuntur fructus tempore suo, & cum ubertate & copia.

Alterum nomen Hebræum est דגן *dagan*, quod non solum nobilius frumentum significat, sive triticum, seu alias etiam species ut hordeum, &c. quas enumerat Plinius *z*, necnon leguminum, postquam excussæ sunt, & ventilatæ, ac interdum manna, quod interpres *panem* vertit *d*. Latius quoque patet σῖτος, comprehendens frumentum, panem ex frumento confectum, generaliter omnem cibum, annonam, commeatum, pensitationem quoque annuam ad alimentum pupillorum, viduarum, uxorum, repudiatarum, etc. *e* Unde Latinis quoque nota Græca para siti vox, ejus qui cibum cum aliquo sumat, præsertim adulando, et assentando.

Imago Dei primo impressa Angelicæ naturæ.
a Cant. 8. 6.
b 5. cont. Mar. c. 11.
c 3. cont. Mar. c. 6. lib. cen. Praxam. c. 14.
d Rom. 8. 16 Gal. 4. 6.
e Rom. 12. 12.
g Ps. 96. 11. 1. 6. de Gloria Trin. c. 24.
Rupertus ob. servatio.
Verba ista referentes ad sequentem versum
Lectionum varietas.
u 5. cont. Mar. c. 11
Interpretatio Nicolai Trevet.
Cajetanus
Atias.
Auctoris Catenæ observatio.
Genebrardi emendatio.
x 2. Thes. 3 14.
Sensus Auctoris.
h Ps. 71. 16.
i Jer. 45. 23. Asterii expositio.
k 2 Reg. 16. 1. cap. 17. 27. & seq.
Genebrardi mystica interpretatio.
Sensus ab Auctore receptus.
l. de Festo Corpor. Chr.
Litteralis explicatio Fauli Burgensis.
Ante Genebrardũ qui mysticè interpretetur.
y Eph. 1. 13 c. 4. 30
z 10. c. 4. Canticor.
a ibid. 12
b Joan. 3. 8
Observatio Hugonis S. Victoris.
c 2. Mysteriorum lib. 1. cap. 4.
d Ezech. 28. 14.

Quomodo veteres Græci & Latini patres intelligant. Theodoreti nexus bonorum verborum.
Augustini & aliorum observatio.
m Jo. 6. 41. n in Ps. 12. 24.
o Ps. 35. 9.
p Ps. 22. 5.
q 5. confess. cap. 13.
Augustini adhuc Manichæi de Ambrosio verba.
Per frumentum, vinum oleum, cetera bona externa intelleta.
r Act. 14. 16
s Gen. 27. 28 37.
t Num. 18. 12. Deut. 7. 13. c. 8. 8. c. 11 14. c. 12. 17. c. 14. 23. c. 18 2. 2. Par. 31. 5. c. 32. 28. Jerem. 31. 12. Oso. 2. 8. 22. Joel. 2. 19. 24
u Isa. 36. 17. Deut. 33. 28.
x Pagninus, & Vatablus.
y Felix.
Circa præpositionem a observatio.
z Ps. 6. 8.
a Ps. 87. 19.
b Luc. 18. 14

Lectionis diversitas.
c lib. 18. c. 7.
d Ps. 77. 24.
Vocis σῖτος explicatio. e Eudaus Commentarius Græc. p. 44.
Nomen parasiti ando.

Vini.) *Vinum* etiam posuit Hieronymus: Pagninus, *vinum novum*. Campensis, Vatablus, Cajetanus, seu ejus Doctor Hebræus, *mustum*. Hoc proprie significat תירוש *thirosch* quasi à ירש *tarasch* expulit, quia extrudatur & exprimatur è suis pelliculis. Sed in editione vulgata *vinum* pro hoc absolutè redditur, nonnumquam *granum in botro a*. Inde meniem *Thisri* deducunt litterarum metathesi à musto, quod fere Septembri exprimitur.

a *Isa.* 65. 8.

Alia mystica interpretatio.

Mysticè præter id, quod ante dictum est, *Vinum* Remigius, & Haymo Dominicæ Passionis imitationem, qui dicatur *Calix inebrians b*, interpretantur: pro Eucharistia illud *cum frumento* sumendo. Confirmari potest Zachariæ testimonio de *frumento Electorum*, & *vino faciente germinare virgines c*. Crevit hujus perceptione crebra Sacramenti Ecclesia.

b *Ps.* 22. 5.

c *cap.* 9. 17.

Quæ exemplaria hanc voceni habeant & quæ non.

Olei.) Hieronymus omisit, & in Commentario testatur in plurimis quidem codicibus inveniri: sed quum vetustum Originis exemplar Psalterii revolvisset, quod ipsius manu fuerat emendatum, nec in Hebræo, nec in ceteris editionibus, nec apud ipsos LXX. Interpretes reperisse. Propterea qui de Hebræo vertunt, prætermittunt, quum nec in Chaldæa extet paraphrasi. Sed legunt ceteri omnes Græci, ac Latini etiam antiquiores Hieronymo, ut ex Latinis Arnobius, si tamen Arnobius: extat quoque in Bibliis Græcis, Latinique, & in omnibus Psalteriis. Non vult Hieronymus nomen hoc, ut Faber tamen ait, confodi, & convelli, quod ad significandam rerum opulentiam, quamvis non poneretur, addi posset, & quod in Ecclesia passim decantatur. Formidaret id ipse sine dubio facere Hieronymus, quod asserit iste in Ecclesiarum Psalteriis somidini esse non debere, illico emendare, & à modo canere: *A fructu frumenti, & vini sui multiplicati sunt*, omisso, *olei*, quum profiteatur *d* nihil sibi placere, nisi quod Ecclesiasticum sit, & publicè in Ecclesia dicere non timeat. Si Augustinus *e* in verbis illis: *Super ipsum autem floriet sanctificatio mea*, quia auferri non poterat de ore cantantium populorum, *floriet*, etiamsi auditor peritior mallet corrigi, dicique, *florebit*, censuit relinqui, atque contemni, quod sano intellectui nihil detraheret, multo magis abstinuisset à confossione, & convulsione vocis à tam multis receptæ, & quæ sensui non officit, sed pleniorem, ac planiorem potius efficit.

d *ep.* 150. *ad Hieb.* 14. 9. 10.

e 2. *de Doct. Christ.* c. 13.

Cur Augustinus *floriet*, pro *florebit*, censuit relinquendũ potius quã corrigendũ

Suspicatur Ricardus Cenomanus, in quibusdam codicibus Hebræis additam fuisse litteram נ *nun* in fine hoc modo, תירושמו *Tiroschamen* pro ותירושם *verbiroscham*, cum שמן *schemen* significet *oleum*: nec obstare, quod sic neque haberetur conjunctio ו *ve*: neque affixum pronomen, quia Interpretes hoc supplent: & in carmine major licentia est. Mihi hoc suspectum, nisi simili probetur exemplo. Et prætera ad תירוש *thirosch* ultra litteram finalem נ, addendæ essent duæ litteræ ש & מ. Quare vel LXX. Interpretes suppleviſse ἐκλαῦ dicendum est, cum aliis locis Scripturæ adjungi soleat *frumento*, & *vino*, ut ante docuimus, quod legunt Patres Græci, & approbatum in editione Latina, auctoritatem habet: vel in textu Hebræo fuisse olim שמן *schemen*, aut זית *zaith*, quod exciderit. Denique sensus optime coharet, neque est, ut afferit Eugubinus, versus Græcus, & Latinus vix intelligibilis. Mysticè per *oleum* præterea accipit Ricardus Pampolitanus favorem adulantium, & honoris mundi: sicut per *vinum* carnales delicias, per *frumentum* divitias: Dionysius Carthusianus spiritualem consolationẽ ex Eucharistia: Lyranus, opera misericordiæ: Remigius, gratiam Spiritus Sancti vel in carnis delectationem, aut adulationem.

Mystica *olei*, *vini*, *frumenti*, interpretatio.

Multiplicati sunt.) Negant Augustinus, Cassiodorus, Remigius, Haymo, Glossæ, Alcuinus, Lombardus, Carthusianus, ubertatem significare; sed perniciosam in multa distractionem. Ego cum reliquis, propagationem. Quamquam de improbis illud verum *f*: *Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam*: & *multos* de improbis dici, prius notatum est.

f *Isa.* 9. 3. *Multa* de improbis dicuntur.

Vers. 9.) In pace in idipsum dormiam, & requiescam.

MULTIPLICENTUR licèt inimici, & sua elati proiperitate insiliant in me: attamen paci, quoad potero, studebo; & quantum res feret, patientia, moderatione que frangam, & mitigabo ferociam illorum: ita animo securus, ut qui cura vacui dormiunt suaviter: Vel sensus est, continens partem gratulationis, pro felici exitu, atque victoria per certam ipsem jam præcepta, post quam, cum tuis optata sit pace potiturus, una quoque cum debellatis inimicis & reconciliatis sibi. Vel, quod innuit Euthymius ac Theodoretus, significat se tamdem quieta morte defuncturum, non violenta, simul expectando resurrectionem, & deposito interim timore, quo perturbabatur, quiete in hac vita in utramque aurem, utque etiam ad tatietatem dormiturum.

Ad hos dicendi modos revocandi alii de temporalium rerum oblivione, & de quieta rerum divinarum contemplatione, cum spe futuræ beatitudinis, & resurrectionis, postquam nulla erit corporis, & animæ compugnantia. Traduntur hi posteriores modi à majori parte expositorum Græcorum, ac Latinorum veterum, qui tamen priores ponunt potius quam rejiciunt, quos priores modos, præter Euthymium, affert Lyranus & omnes recentiores. Legimus in Historia Regum *g* sedisse David regem in domo sua, & Dominum dedisse ei requiem ab universis inimicis suis, videlicet ante persecutionem à filio excitatam: de qua tamen, ut vidimus, aliqui volunt hunc Psalmum esse, licèt alii de Saul.

Euthymii & Theodoreti interpretatio.

g 2. *Reg.* 7. 1

Alii hunc Psalmum volunt esse de persecutione filii: alii de Saul. De spirituali pace legendus Chrysostomus.

De bono pacis, tum politicæ, tum spiritualis, & in vita futura late patet differendi campus. Lectu dignus inter expositores Chrysostomus quod ad spiritualem pertinet pacem. Tractant item hunc locum hoc modo in Meditationibus Augustinus *h*, Innocentius *i* Papa III. Hugo *k* S. Victoris, Ricardus *l*, ejusdem monasterii Parisiensis Canonicus Regularis.

h *cap.* 37.

i *In Ps.* 3. *Pennit. & serm.* 2. *de Adv.*

k *In Instit. Monaſt. de Claust. Animæ c.* 9. *&* 21

Isidori & Carthusiani explicatio.

l *Annot. in Ps.* 4.

De Christi morte, sepultura, ac resurrectione explicat quoque Carthusianus, & præterea Isidorus *m*, qui notat id circo sequenti versu dici: *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me*, quia tantum solus ipse sic requievit, ut confessim post mortem resurgeret: Addit Carthusianus, dum Christus viveret, animam ejus vidisse semper faciem Patris, ac in summa semper, & tranquillissima pace versatam absque distractione, & inquietudine. Scribit Bernardus *n qui in pace in idipsum dormiunt*, & requiescunt, & sunt singulariter in spe constituti, non inter spem, & metum esse animas sub altari, nondum recepto gaudio beatitudinis, sed fignatas lumine vultus Dominici, & expectantes *fructum frumenti, vini, & olei*. Ubi videtur opinionem illam penitus explosam indicare, visionem Dei differri usque ad judicium. Alibi *o* tamen etiam hunc eumdem locum de maxima quadam præsentis vitæ pace declarat, quando charitas *p* propter perfectionem excludit timorem. De ipsamet beatitudine iidem expositores Latini post Augustinum, idemque ille aliis locis *q*.

m *De resurrect. Dom.* c. 53. Carthusia ni sententia.

n *Serm.* 2. *de festo omniũ Sanctor.* Bernardi expositio. Opinio explosa, visionem Dei differri usque ad judicium. Ejusdem Bernardi alia expositio & aliorum.

o *Ser.* 51. *in Cant.*

p 1. *Jo.* 4. 18.

q *De Spiritu, & Anima c.* 60 (*vel potius alius*) & 9. *Cant. Hom.* 4.

Requies, & pax Justis post somnum mortis datur: & *qui videntur in sapientibus mori, sunt in pace r*: & hi *qui ambulaverint in directione sua, requiescent in cubili suo, & veniet illis pax s*: & *quorum habitatio fuit in Sion*, id est in specula, & custodia sui, *erit in pace locus t*, atque in cœlesti Jerusalem, quæ est visio pacis: post sex dierum opera, sabbati requies, ac sabbatismus cõsequetur *u*.

r *Ps.* 87. 6.

s *Ps.* 140. 10.

t *Isa.* 33. 20.

u *Hebr.* 4. 9.

In idipsum) Cæcus *x* Burgensis, & Faber volunt ita dispungi, *In pace in idipsum dormiam*, postea, & *requiescam*. Defendit Ricardus Cenomanus aliam dispunctionem, seu pausam, quæ inter canendum servatur. In pace in idipsum: tum deindè, dormiam, & requiescam. Illis autem dictionibus, *In idipsum*, designari, ut Augustinus *y* docuit, Deum, sive Christus, ac nomen Dei essentiale: Ego sum, qui sum *z*. Cetera obnõxia sunt mutationi, quæ qui idem ipse est, mutabit, & mutabuntur *a*: pacem veram in solo Deo habemus, atque Christo, quem nominat Apostolus pacem nostram *b*, quod *fecerit utraque unum c*, & *exuperet omnem sensum d*.

Mysticus sensus.

x *De obitu Valentiniani, & Theodosii, & in Psalm.* 118. *Serm.* 2.

Euthymii Interpretatio & aliorum.

y *in Ps.* 121.

z *Exod.* 3. 14

a *Ps.* 101. 27

b *Ephes.* 2. 14

Confirmat Ricardus ex יחדו *jachdau*, quod significat *simul eum*, quasi personam significet, in qua est pax. Juxta mysticum, sensum placet, & est etiam Carthusiani, Thomæ Burgensis, Cassiodori, Haymonis, Remigii, Valentiæ, qui saltem denotari docent unitatem, ac immutabilitatem istius pacis. Eamdem vim vult Valentia habere, *In idipsum*, in aliis hujus libri locis, quos cum præsenti septem esse dicit, quamvis reperiam sex tantum *e*. Hieronymus exposuit simpliciter *simul*. Eugubinus, *simul*, *refert* ad populum omnem, quem sibi

c *ibidem.*

d *Phil.* 4. 7.

Mysticus sensus.

e *Psal.* 33. 4. *Ps.* 40. 8. *Ps.* 61. 10. *Ps.* 73. 1. *Ps.* 121. 3.

David-

Hieronymi, Eugubini, & aliorum expositio.

a *Ps.* 67. 14.

b *Act.* 12. 4. 6.

David optet, precetur, prædicet reconciliandnm; quasi dicat. In pace simul cum grege meo dormiam, & requiescam. Genebrardus ad vexatores suos, quibuscum, inter quos, in quorum medio securus dormiat, velut *inter medios cleros a*, quemadmodum Petrus inter milites *b* Titelmanus etiam agnoscit relationem ad alios, quibus se David adjungat, etsi aliter juxta mysticum sensum, nempe ut consequatur beneficium resurrectionis cum aliis justis. Euthymius ἑκουσίως, idem dicit esse quod, *unapariterque*: ac si dicat: utrumque hoc faciam, & dormiam, & requiescam. Probabile idest, quidquid sit de aliis. Approbat etiam Genebrardus. De dispunctione autem, & pausa in cantu, non adeo laborandum.

Dormiam & requiescam.] Hieronymus, *Requiescam, & dormiam*. Auctor Catenæ putat Hebraica esse synonyma אשכנהואישן *eschecheuah veischan*. Græca sunt κοιμηθήσομαι, ὑπνώσω de quibus egimus Psalmo præcedente. Ceteri discrimen statuunt, ut *requiescere* plus sit, quam *dormire*. Dormiunt enim quidam perturbatè, & inquietè. Cajetanus vertens cum Felice, *jacebo & dormiam*, notat *jacere sine dormitione*, inquietudinis esse: *dormire absque cubitu*, sollicitudinis. Præcedente Psalmo eadem verba tum Hebræa, tum Græca erant, sed secundum Latinè, *soporatus sum*, non admodum refert utram sequare sententiam: at pluribus consentiendum. Minoris momenti legere, *dormiam*, vel, ut habent Psalterium Vaticanum, & Ambrosianum, *obdormiam*: quod interpres posuit in alio Psalmo *c*: *ne unquam obdormiam in morte*; de qua morte dormitionem, ac somnum dici in vetere quoque Testamento alibi ostendi *d*, quum Chrysostomus *e* videretur velle novi propriam phrasin esse. Beatitudinem defunctis precans ait Ecclesia: *Requiescant in pace*: *Requiem æternam dona eis Domine*: quæ verba sumpta sunt ex libro quarto Esdræ *f*, licet apocrypho, sicut & alia nonnulla in Ecclesiæ officio.

Distcimen inter *requiescere, & dormire*.

Facere sine dormitione, inquietudinis: *dormire absque cubitu*, sollicitudinis.

c *Ps.* 12. 4.

d *Act.* 7.

e *ibidem.* Phrasis veteris Testamenti quã Chrysostomus vult esse novi.

f 6. 2. 34. 35.

Vers. 10.] Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

HÆC ratio, cur tam quietè dormiam quare adeo placidè requiescam, cur sim securus, ac sine metu, cur non dubitem de victoria, cur de jam parta lætet, & gratias agam: quoniam tu solus, in quo solo speraveram, ceteris me deserentibus, sicut speraveram, me confidenter habitare fecisti: memet mihi restituisti, atque solum regnare dedisti, & jure vivere meo concessisti. Hoc modo quos adhuc tum securus in litterali tensu.

Mysticè de Christo, aut de quolibet Justo alii explicant. Christus modo quodam singulari, post triduì dormitionem resurrexit, ut exponit Isidorus *g*, & resurrectionem ipsam quatenus expectabat, speraſse dici potest, ut Origenes concedit: sed scholasticè loquendo Carthusianus, ac propriè negat. Inter mortuos liber erat Christus *h*, & singulariter fuit, dum transiret per mortem, & crucem, quia omnino innocens *i*.

Mysticus sensus.

g *De Resurrect. Dom.* c. 53.

h *Ps.* 87. 6.

i *Ps.* 140. 10.

Ambrosii & Chrysostomi accommodatio.

k *De obitu Valentiniani, & Theodosii, & in Psalm.* 118. *Serm.* 2.

Euthymii Interpretatio & aliorum.

l *Thren.* 3. 28.

m *cap.* 38. 4.

n *Ps.* 48. 8.

Justus quilibet ob conscientiæ testimonium, quo se segregatum novit à peccatoribus, concipit spem vivam, nominatim de resurrectione. Sed hoc præcipuè accommodant Ambrosius *k*, & Chrysostomus ad eum, qui ab adolescentia portans jugum Domini, sedet solitarius *l*. Chrysostomus autem copiosè differit de vitanda improborum societate. Euthymius istam, ut ita dicam, singularitatem accipit de separato in sepulchro corpore, à socia anima. Hesychius intelligit spem in solo Christo esse, de quo Isaias *m*: *Ipse veniet & salvabit nos*. Adde quod nec frater redimit; multò minus quivis alius homo *n*.

Quoniam.] Euthymius hanc particulam *hic*, ut & alibi, Hebraici idiomatis proprietate abundare sentit, vel idem significare, quod, *verè*, ponique pro adverbio confirmandi. Utrumque in genere verum est, ac ostendi exemplis aliis potest. Hoc loco licèt perindè sit quo interpretemur modo; pluribus videtur proprium usum εἰς ὁμολογίας, & redditionis causæ retinere.

Singulariter.] Hieronymus, *specialiter*. Alii, *solus*, aut *solummodo*. Septuaginta, κατοικίας. Aquila, κατ' ἰδίαν.

Lorini in Psal. Tom. I.

Hebræi est לכדד *leuadad*, ex ל *le* articulo & כדד *badad*: quod omnis generis est casuique, sicut אשר *ascer*, & in hac forma sumitur adverbialiter. Significat vel quod solus Deus & singulari providentia hominem in solitudine constitutum, hoc est, ceteris carentem præsidiis, constituit in spe: vel quod efficit Deus, ut solus ac seorsim, tamquam peculiariter segregatus, sineque aliorum pavore iple habitet, & quiescat. Hoc est quod in Deuteronomio *o*, dicitur; *Israel habitaturum confidenter*, & *Jacob solum in terra frumenti, & vini*, ut non sit ei similis populus, ut videlicet non superveniat, qui fructus illius consumat. Sic quoque solos habitantes Græcè apud Micheam *p*, legimus, κατοικοῦντας κατομόνας.

o *ca.* 33. 28.

p *cap.* 7. 14.

In spe constituisti me.] Hieronymus: *Securum habitare fecisti me*. Felix: *In spe locubis me*. Vatablus: *In tuto collocas*. Cajetanus: *Securitati, vel insecuritate habitare facies me*. Varietas hæc temporum nihil officit. Et licèt תושיבני *thoschiveni* more prophetico propter certitudinem, recte per præteritum redditur, quod non LXX. solum εἰς ἐλπίδι κατῴκισμαι, *In spe habitare fecisti me*, sed etiam Aquila fecit, εἰπεποιθότα κατοικίσαι με, *In fiducia habitare fecisti me*. Sumi potest ut adverbium לבטח *lavetach*, *fiducialiter*, confidenter, tuto, secure, sicut dictum est de לבדד *levadad*.

PSALMUS QUINTUS.

TITULUS.

1 In finem pro ea, quæ hæreditatem consequitur Psalmus David.

2 VErba mea auribus percipe Domine; intellige clamorem meum.

3 Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus.

4 Quoniam ad te orabo: Domine manè exaudies vocem meam.

5 Manè astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

6 Neque habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

7 Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

8 Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

9 Domine deduc me in justitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

10 Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

11 Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, judica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te Domine.

12 Et lætentur omnes, qui sperant in te, in æternum exultabunt: & habitabis in eis.

13 Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices justo. Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.